

1622 d. 29 Augusti

Ex Episc. Uls. Lubien. in Arch. Stan. Aug. regis

669

Stanislaus Lubienki Camer-
dulensium. Prefecto.

127

Non concedo reverendae paternitati v^{rae}, ut plus
ea dissensione, quae inter nostri Monasterii fratres
ex causa terminorum agri orta est, afficiatur, quam
ego ipse affectum me esse sentio. Amo concordia-
am, veneror saevam Camaldulensem congregationem,
quam vicinam esse huic loco, in quod quod super-
est vita mea transigere constitui, ut primum huc
veni, vehementer gavisus sum. Nee tanti ea par-
ticula fundi est, ut eius causa in litem descendamus,
vel magnorum virorum, qualis est illu-
strissimus dnus Marschaleus, iudicium imple-
remus. Mihi suffecit, Magnificus dnus Sen-
zivoius secretarius regius, quem isthuc esse
audio. Siquid iniuria a meis profectum est, ius-
meo resarcietur, quanquam non video, de quo me-
rito illi in eusari possint, cum intra terminos
usumque pristinum se continuerint, e contra
latius immixtam esse a subditis reverendae
paternitatis v^{rae} fallem, sanumque una
cum parte avenae secatum nostri queruntur.
Equum esse abactum et hic retineri falso renun-
ciatum est, reverendae paternitati v^{rae}, pro-
ficiscitur prior monasterii mei, qui eoram de hoc
negotio tractabit cum reverenda S. V. Cuius religio-
nis praecipuis me diligentissime commendo.
Tinecii 29. Augusti 1622

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]